Ex instructione D. Stanislao Macieowski ad Carolu Imp. data 1541.

Sacra Imperatoria et Catholica Mtas, Non dubitat Serenissimus Princeps et Dnus meus, quin memoria teneat S. M. Vra quo tempore Illris Dnus Albertus Dux Prussiae in fidem Serenissimi Principis mei, Regumque Poloniae se contulit, in qua majores quoque eius ordinis in Prussia Magri, antequam rebellare non nulli ex eis coepissent, semper fuisse, clarius est quam ut ambigere quisque possit, quanto studio contenderit Mtas Dni mei, ut ne fraudi id esse vellet S. M. Vra Illri Dno Duci Prussiae, quod suum fecisset officium: atque ad fidem eius et authoritatem redisset, cui majores quoque eius ordinis Magistri subjectionis et fidelitatis jusjurandum semper praestabant, priusquam ex eis aliqui officii sui obliti, qui armis contra Christiani nominis hostes, uti debebant, ea egregii fidei Catholicae propugnatores ad profundendum sanguinem Christianum, in ipsos Dnos suos Serenissimos Reges Poloniae, ulciscente Deo eorum audaciam convertere coepissent. Iam tum subolfecerat Mtas Dni mei esse non neminem, qui cuniculis quibusdam Illrem D. Ducem apud Mtem Vram oppugnare, atque eum in odium illius adducere conaretur. Quare veritus ne quid malevolorum conatus isti proficerent, cum per oratorem suum, qui eundem tempus agebat apud Mtem Vram Reverendissimi D. Ioannem

tunc